

VIII, 90.

2. 830.



Contenta.

1. Mart. Gottli. Pauli progr. de statutis Fittavi-
ensibus et ad ea illustranda scriptis dif-
ferentationibus Witt. 1765.
2. God. Nic. Schläenstein et Dan. Pauli Dief.
Consensus successionis ab intestato Rei-
publicae Fittaviensium cum Jure civili
et Saxonico Witt. 1674.
3. D. Andr. Mylii et Jo. Henr. a Lanckisch
Diss. de Morgengabia Fittaviensi occasione
Statuti Lips. 1682.
4. Henr. Bodini et Jo. Chr. Johne Diss. qua
differentia Juris Statutarii Fittaviensis a
Jure civili evoluitur Altd. 1707.
5. Ernest. Tenzell et Ern. Gotth. Hertzog
Diss. de eo quod iustum est circa Jus
hereditarium Fittaviense Erford. 1723.
6. Jo. Henr. Meieri et Jo. Chph. Kibelii
Diss. de Aufsgaba Fittaviensi. Erford.
1726.


7. Jo. Georg. Knoblauch diff. de Zittaviensi
comunione bonorum inter conjuges
eiusq; precipuis effectibus in foro
Lips. 1731.
8. Hieron. Frid. Schorchü et Jo. Ern. Hertzog
diff. de marito secundum statuta
Zittaviensia herede uxoris defuncta
immobiliari non existente Erford. 1739.
9. Christ. Stanatcii et Jo. Godofr. Kretzschman
ni diff. de pacto coniugum in prolium
successorio secundum statutum Zittavi-
ense vulgo *Wustgabr* Viteb. 1754.
10. Andr. Flor. Rivini et Chr. Gottlob
Bergmanni Specimen iuridicum
de successione conjugis una cum
liberis ex statuto Zittaviensi.
Witt. 1761.

ORDINIS IVRIDICI
IN
ACADEMIA VITEMBERGENSI
H. T
DECANVS
MARTINVS GOTTLIEB
PAVLID
DIGESTI INFORTIATI ET NOVI PROF. PVBL. ORD
CVR. PROVINCIAL. CONSISTOR. ECCLESIAST
SCABINAT. ET FACVLTAT. IVRIDIC
ASSESSOR
LECTORI BENEVOLO

S. P. D

*de salubris fittaviensis et ad ea
illustranda scriptis Dissertationibus*

ORDINIS IURIDICI
IN
ACADEMIA VITTEBERGENSI
DECANVS
MARTINVS GOTTLIB
P. I. D.
BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA
CIT. IONN. P. I. D.
ACADEMIA VITTEBERGENSI
ASS. 1782
LECTORI P. I. D.



[Faint, illegible handwritten text]





Q. D. B. V

Exstincta Carolingorum in Germania stirpe, atque igitur
saeculo potissimum post Christum natum decimo, Iura
patria Germanica antiquiora, leges, scilicet, Salicam,
Ripuariorum, Alemannorum, Baiuuariorum, Saxonum, Fri-
sionum, praeterea Capitularia quoque Caroli M. et Ludouici
Pii, exoleuisse in Germania nostra pedetentim prorsus, ne-
que ab infrequentibus Saxonice Imperatoribus aut Franconi-
cis, si paucas excipias publicum statum Germaniae concer-
nentes leges atque feudales, in locum istarum antiquarum et
abrogatarum alias nouas fuisse substitutas, omnes ii, qui ori-
gines iurium patriorum eorumque historiam probe cognitam
habent atque perspectam, bene sciunt atque intelligunt.
Quod itaque Pomponius l. 2. §. 3. D. de O. I. de Romanis olim

scripsit, exactis, scilicet, regibus Romanis, omnes insimul quoque eorum leges exoleuisse, *iterumque populum Romanum incerto magis iure ali coepisse, et consuetudine, quam per legem*, ea omnia de Germania quoque, et de conditione iuris priuati post Carolidarum in Germania excessum iure meritoque dicenda sunt. Ceterum, quamuis veteres Romani, eodem Pomponio teste l. 2. §. 3. D. de O. I. non, nisi *viginti annis* vixerint exleges, siue, prouti Cornelius van Bynckershoeck in Praeternissis ad dictam l. 2. D. de O. I. hunc locum Pomponii, sed, vti videtur, praeter necessitatem, emendat, *sexaginta annis*, maiores tamen nostri eo in statu diutius multo, et per plura manserunt saecula, idque potissimum ideo, quia Imperatores Germaniae et principes curam ferendarum legum agere diuturnis istis et tristissimis imperium inter et sacerdotium olim gestis bellis impediabantur. Haec itaque inter arma continua siluerunt in Germania leges, legumque ferendarum cura omnis, e contrario vero inualescentes indices magis magisque *diffidationum*, id est, bellorum omnium contra omnes priuatorum turbae his temporibus Germaniam omnem misere lacerarunt, hominesque in abdita loca & concamerata, quibus transitum tempestatum expectabant, se recipere cogebantur. Hinc innumeri condebantur in altissimis Germaniae montibus muri turresque, fossis circumdatae

datae, ex quibus igne eieſto, lapidibus, telis aliisque eius
 aeui armis ſe defendere, et in alios quoque, ſi opus eſſet, ex-
 currere poterant. Hinc intra ſolos fere caſtrorum & urbium
 muros quaeri poterat ſecuritas, adeo, vt ipſi nobiles et illu-
 ſtres viri, ſolius huius ſecuritatis cauſa, ſe in hac vel illa vrbe
 tanquam Burgenſes recipi, curarent. Hac itaque oꝛcaſione
 vrbes, inde ab Henrici Aucupis temporibus quam frequentis-
 ſime in Germania conditae, ſamam naſtae ſunt et exiſtimationem
 ſummam, ipſeque Burgenſium ordo, recens natus, indies
 multiplicatis incrementis, fere creſcere coepit in immenſum.
 Sed, vt corpora noſtra ſine mente, prouti recte ait Cicero,
 ſic ciuitas ſine lege ſuis partibus, vt neruis ac ſanguine et
 membris, vt non poteſt, quare, cum Imperatores et Prin-
 cipes Germaniae hiſ medii aeui temporibus legum ferendarum
 curam proſus negligenter, Pontifices vero et clerus Romanus ni-
 hil reliqui facerent, vt Iura tam Canonico-Pontificia, quam Ro-
 mana gentibus omnibus, inprimis quoque Germanis obrude-
 rent, vrbes Germanicae tantum non omnes, ne ob defectum le-
 gum ruerent ad interitum, et, vt irruentibus ſimul in forum iuri-
 bus peregrinis obicem ponerent, ſibi ipſis leges ſcribere, et
 ſtatuta condere coeperunt. Exinde igitur repetenda eſt ſta-
 tutorum localium in Germania origo, et, quamuis hiſ ipſis
 iuribus ſtatutariis Iuriſprudentia patria vere creuerit in im-
 menſum

mensum, nihilo tamen fecius vrbes atque Burgenſium ordo
 iisdem his ſtatutis patrios mores, iuraque noſtra domeſtica
 et Germanica ab interitu liberarunt. Quae cum ita ſint,
 cumque in addiſcendo Iure patrio maxima vis in vrbium Ger-
 manicarum Statutis poſita ſit, ſummis omnino maximisque
 euehenda eſt laudibus V. C. Chriſtiani Gottlieb Riccii dili-
 gentia, qua plerorumque per Germaniam Statutorum loca-
 lium accuratam hiftoriam magno contexit ſtudio in opere
 bonae frugis pleniffimo, cui titulus eſt: *Zuverläſſiger Ent-
 wurff von Stadt-Geſetzen, vornämlich der Land-Städte*. Haſ
 inter vrbes municipales autem vti olim, ita hodie quoque
 eminentem occupat locum Luſatiae ſuperioris emporium
 celeberrimum, *Zittavia*, et facile eſt ad exiſtimandum,
 vrbem hanc florentiſſimam, ad exemplum aliarum, inde ab
 antiquiſſimis temporibus propriis uſam eſſe et particularibus
 Statutis. Sed quemadmodum plerarumque vrbium Germa-
 nicarum Statuta alia antiquiora ſunt, ante ſaeculum decimum
 ſextum condita, alia recentiora, ita apud Zittaienſes quo-
 que duplicis generis deprehendimus eiſmodi Iura localia.
 Antiquiora quod attinet, ea tantum non omnia in deſuetudi-
 nem abierunt, deque iis, quae dicenda ſunt, omnia ſuis in
 Analectis Faſtorum Zittaienſium beatus olim iamiam occu-
 pauit Carpzouius. Hodierna vero Statuta Zittaienſia recen-
 tioris

tioris sunt aetatis et ex saeculo decimo sexto. Prima eorum rogatio ad populum facta est anno decimo dicti saeculi sexti et decimi, consule Paulo Aneforgen. Sed huius primae legis capita nonnulla progressu temporis sublata, alia ex ea immutata, adiecta alia sunt, absolutum autem est hoc Statutorum Zittauiensium corpus anno demum dicti saeculi decimi sexti sexagesimo septimo. Ceterum Statuta haec Zittauensia, quantum quidem scio, quodque vehementer doleo, nunquam typis sunt impressa, nihilo tamen fecius potiora eorum capita et hoc et superiori saeculo variis Dissertationibus Academicis illustrata, nec erit, puto, ab hoc loco prorsus alienum, breuem earum texere catalogum. Huc autem, quantum quidem scio, pertinent

Dan. Pauli Dissert. qua Consensus successione ab intestato inclytæ reipublicæ Zittauensis cum iure Ciuili et Saxonico sistitur, Praefide *Godofredo Nicol. Schleenstein*. Vitemberg. 1678.

Ioann. Henrici a Lankisch Dissert. de Morgengaba Zittauensi. Praefide *Andr. Mylio*. Lips. 1684.

Ioann. Christiani Iobne Dissert. qua Differentia Iuris Statutarii

tarii Zittauienſis a Iure Ciuili euoluitur. Praefide *Henrico Bodino*. Halae 1707.

Erneſti Gottbelf Herzog Differt. de Eo, quod iuſtum eſt circa Ius hereditarium Zittauienſe. Praefide *Erneſt. Tenzel*. Erford. 1723.

Samuel Friedr. Groſſeri Differt. de Eo, quod iuſtum eſt circa ſponſalia tam iure communi, quam Statutario Zittauienſi. Praefide *Erneſt. Tenzel*. Erford. 1723.

Ioann. Chriſtoph Kibelii Differt. de Auffgaba Zittauienſi. Praefide *I. H. Meiern*. Erford. 1726.

Ioann. Georg. Knoblauch Differt. de Zittauienſi communiſione bonorum inter coniuges eiusque praecipuis effectibus in foro. Lipſiae 1731.

Ioann. Georg. Kretzſchmanni Differt. de Auffgaba Zittauienſi. Praefide *Chriſtian. Hanaccio*. Vitemberg. 1754.

Chriſtian. Gottlieb Bergmanni Differt. de ſucceſſione coniugis vna cum liberis ex Statuto Zittauienſi. Praefide *Andræa Florent. Rivino*. Vitemberg. 1761.

Et

Et haec sunt ea, quae de Statutis in genere, eorumque origine, nec non de Statutis in specie Zittaviensibus hoc loco differere licuit, quaeque hactenus mihi innotuerunt Dissertationes Aca-
demicae Statuta ista Zittaviensia illustrantes, liberam com-
mentandi facultatem largiente mihi Illo, quem paullo ante
ultimoque loco nominavi, Cuiusque honoribus haec com-
mentatio est dicata. Est autem Ille

VIR PRAENOBILISSIMVS

CHRISTIANVS GOTTLIEB BERGMANN

ZITTAVIENSIS

de Cuius vita studiisque laudatissime actis Ipsum differentem
audire iuuabit

Ego, CHRISTIANVS GOTTLIEB BERGMANN, *natus*
sum Zittaviae Lusatorum, die xxx. Martii A. R. S.
c1o 1o cc xxxiv. a parentibus iusto matrimonio iunctis,
patre scilicet CHRISTIANO BERGMANNO, ciue et panni-

fice Zittaviensi, beate defuncto, et matre adhuc superstite
 ANNA ROSINA, ELIAE ALTENBERGERI, *ciuis et pan-*
nificis Zittaviensis filia. Ab hisce parentibus praesertim in
bonis moribus et praeceptis diuinae nostrae religionis bene sum
instructus, Alboque Gymnasii Zittaviensis A. MDIO CCXLIV.
illis volentibus inscriptus, studia ibi excolui. Et quamuis
anno aetatis meae duodecimo patre meo carissimo orbarer, ad-
iuuante tamen Deo in Gymnasio patrio nihilominus coepta
studia ea, qua potui diligentia profecutus sum, audiuique viros
et nomine et doctrina praeclaros, GERLACHIVM scilicet,
 BVCHERVUM, STRAVPITIVM, GRVENWALDVM, STE-
 PHANVM, PESCHECKIVM, BRAVNIVM, MÜCKIVM et
 MÜLLERVUM, *qui omnes iamiam vitam cum morte commuta-*
runt, ex iis autem, qui adhuc hodie rem Gymnasticam sum-
ma cum laude exercent, FRVEHAVFIYM et GOESSELIVM,
per duodecim annos, donec ab illis bene instructus, eorumque
Testimoniis insignitus, Mense Maio A. MDIO CCLVI. in
Academiam Vitebergensem me contuli, ibique per Quinquen-
nium et supra, in artibus liberalibus, scientiisque philosophi-
cis

cis, scholas Illustrium et Excellentium Virorum, RITTERI scilicet, beati WALTERI, TITHI et HILLERI, in studiis iuridicis autem CRELLII et RIVINI, Virorum etiam post mortem multis nominibus colendorum, CHLADENII praeterea, KRAVSII et FISCHERI, quos adhuc tanquam Praeceptores olim meos gratissimo cum animo veneror, sedulo frequentavi. Rite peractis et absolutis studiis Academicis, Dissertationem iuridicam: de Successione coniugis vna cum liberis ex statuto Zittaviensi, a me conscriptam, sub Praesidio Illustris quondam RIVINI, publice defendi, peractoque examine pro Praxi, ut dicitur, A. CIO IO CC LXI. Mense Iunio in Patriam me retuli, et postquam die xv. Iulii eiusd. anni in numerum Aduocatorum Ordinariorum Marchionatus superioris Lusatiae eram receptus, die xviii. Iulii post autem ab Amplissimo Ciuitatis Zittaviensis Senatu, praeiudicatus examine, Notarius Caesareus creatus, in vrbe patria ad Praxin exercendam me accinxit. Tandem ab Illustrissimo Domino, Domino IOHANNE GEORGIO FRIEDERICO, S. R. I. Comite ab EINSIEDEL, Lib. Barone in Seidenberg etc. etc. Serenissimi Principis Electoris Saxoniae

1871

Ministro status intimo a Consiliis Sanctioribus etc. viro Con-
 sultissimo D. CAROLO GODOFREDO KISSLINGIO, Prae-
 fecturae Seidenbergensis Directore meritissimo et Ciuitatis Lit-
 tauiae Assessore Iudicii grauissimo ILLIVS tutelae me de me-
 liori commendante, Anno c1o 1o cc LXII. Mense Aprilis,
 tanquam Assessor Praefecturae Seidenbergensis KISSLINGIO
 gratiosissime adiunctus sum, post resignationem Consultissimi
 KISSLINGII autem optime demeriti, die II. Mensis Octobris,
 a. c. eiusdem Praefecturae Seidenbergensis Director gratiosissime
 designatus sum atque constitutus. Hoc igitur munere in me
 collato, ad summos in utroque iure honores capessendos, vt ani-
 mum adicerem, muneris dignitas me impulit, qua de caussa,
 profectus iterum Vitebergam, ab Illustri Iureconsultorum Or-
 dine petii, vt ad examina consueta admitterer. Annuit quo-
 que Illustri Ordo honestis meis precibus, meque dignissimum iudi-
 cavit, cui summi in utroque iure honores possint tribui. Nunc ita-
 que in eo sum, vt Dissertatione solempni proprio Marte elaborata
 et ad disceptandum proposita sub Moderamine viri Consultissimi,
 MARTINI GOTTLIEB PAULI, Iuris vtriusque Doctoris,
 Digesti



*Digesti infortiati et noui Professoris Publici Ordinarii, Curiae
prouincialis, Consistorii Ecclesiastici, Scabinatus et Faculta-
tis Iuridicae Assessoris eiusdemque b. r. Decani, defendenda,
votorum meorum me tandem compotem reddam. Ceterum fax
Deus ter Optimus Maximus omnia feliciter!*

Quam studiorum assiduitate ingeniique dotibus sibi
conciliauit profectuum opinionem, cum laude tuitus est in
vtroque, quod subiit, examine solempni, votique compos
factus, quo Summos in Vtroque Iure Honores ab Ordine
nostro petiit, cathedram futuro die XXVIII. Decembr. con-
scendet, Dissertationemque suam Inauguralem, proprio
Marte elaboratam, qua *Lusatiam Hodiernam tam quoad Ori-
ginem, quam quoad Iura Saxonum esse Coloniam* comprobare
allaborauit, meo sub Praesidio defendet, quae quidem So-
lemnia vt RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, PATRES

CON-




CONSCRIPTI, itemque Reipublicae nostrae CIVES et
 HOSPITES sua honorifica praesentia condecorare haud
 dedignentur, obseruantissime rogo
 atque contendo.




P. P. Dominica IV. Aduent. A. R. S. c15 15 cc LXV.



VITEMBERGAE
 EX OFFICINA GERDESIANA.





Ye 5089

ULB Halle

3

004 841 425




Sb 1

107A

ML







ORDINIS IVRIDICI
IN
ACADEMIA VITEMBERGENSI
H. T
DECANVS
MARTINVS GOTTLIEB
PAVLID
DIGESTI INFORTIATI ET NOVI PROF. PVBL. ORD
CVR. PROVINCIAL. CONSISTOR. ECCLESIAST
SCABINAT. ET FACVLTAT. IVRIDIC
ASSESSOR
LECTORI BENEVOLO

S. P. D

*de salubris Gittavienfibus et ad ea
illustranda scriptis Dissertationibus*

